



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

4. De Lunatico à Christo curato. Matt. 17. Marc. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

gloriam compendium. Zelus Christi-
stum in hoc imitandi.

III. *Timore prostratos discipulos Iesus te-
tigit dicens: surgite nolite timere, nemini
dixeritis visionem, donec Filius hominis à
mortuis resurgat.* Quam pius Dominus
& suavis ita suis Electis timore con-
turbatis erigendis, afflictisque conso-
landis? quam sollicitus in exhibendo
nobis exemplo intimæ humilitatis,
dum prohibet hanc clarificationem,
vsque dum resurgeret, propalari, qui
non erubuit coram omnibus confun-
di, & tanquam Princeps latronum in
medio latronum mori! Benignitas er-
ga pusillanimes & afflictos, Fuga hu-
mani plausus.

De Lunatico à Christo curato.

IV.

Matt. 17. Marc. 9.

I. *Iesu descendente de monte, oblatu-
s est puer obsessus à spiritu muto, quem di-
scipuli non poterant curare, à parente sic
deprecante: Si quid potes adiuua nos, mi-
serertus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes
credere, omnia possibilia sunt credenti. Et
continuo exclamans Pater pueri cum lacry-
mis aiebat: Credo Domine, adiuua incre-
dulitatem meam: Viden' ex monte con-
templationis exemplo Christi descen-*
dentis

dentis

tendū esse ad exhibenda proximis indigentibus officia charitatis! Et quicquid speras te impetraturum, cum magna fide & fiducia esse petendum. Misericordia erga proximos, fiducia.

II. Iesus comminatus est spiritui immundo dicens: *Surde & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo, & amplius ne intreas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit.* Si diabolus tantam tyrannidē exercet in corpus, quod ad tempus iusto Dei iudicio occupare finitur: quantam exercebit in animā, quæ æternū illi iusto Dei iudicio crucianda traditur! Si ergo magna misericordia est ab eius temporali tyrannide liberari, quanto maior ab æterna præseruari! Horror peccati, quo incurritur tyrannis diaboli, Gratitude, & amor dulcis seruitutis Christi.

III. *Discipulis secreto interrogantibus: Quare nos non potuimus eicere illum, respondit; propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico uobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit uobis. Hoc autem genus non eicitur, nisi per orationem & ieiunium.*

Cum

Cum tanta sit vis fidei, ut omnia possibile sint credenti, quam detestanda ergo nostra socordia, in necessarijs animæ & corporis subsidijs pro nobis alijsque magna cum fide & fiducia petendis? Quam execranda pusillanimitas in tentationibus vitijsque, quantumvis grauibus, superandis? modo idonea non negligamus adhibere remedia: cuiusmodi sunt oratio & mortificatio in tentationibus carnis, & similibus vitijs magis radicatis. Fiducialis oratio, & strenua mortificatio.

De contentione discipulorum de primatu. Matt. 18. Marc. 9.

V.

I. *Iesus veniens Capharnaum interrogat discipulos: quid in via tractabatis? at illi tacebant. Siquidem in via inter se disputauerant; quis eorum maior esset. Et residens vocauit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. Quam suauiter supremus humilitatis amator & Magister suos discipulos in schola humilitatis satis diu exercitatos, nihilominus longè ab intimæ humilitatis via exorbitantes in viam reuocat, & horrorem ambitionis ijs inculcat! O si seires.*

Marc. 9.

seires.